



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Lilius dat se pro Gerardo capiendum. ibidem

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1602. quam enim ille *Gerardo* deferebat, maluit *Gerardus* amicum hospitem quam le fecurum praestare; & is non difficulter evasit. *Gerardus*, praecedentis onore laxato fune, sub murum delatus, & diuturno ad ascensum conatu fessus, comitum industria & labore vix recipitur; receptus, & potionē cardiaca, quam tolerant, recreatus, transmisso flumine, paratis vltis equis ad *Garnettum* adiuuat. Ante digressum termas scriperat literas; vnas ad Senatum Regium, alteras ad Praefectum Arcis, ad suum Custodem tertias: Primis ad Senatum, explicatis causis cur sibi ea ratione consulendum existimat, affirmat id actum esse Praefecto Arcis & custode inscijs, ne qua illis culpa collusionis ad pergeretur. Alteris ad Praefectum, gratijs humiliter actis, excusat etiam Custodem: Custodi vero in tertis promittit, suum si lequatur consilium, quoad vixerit honestam sustentationem. Vixdum illuxerat, ex fune ad latus turris appenso, (cuius alteram in litore extremitatem præciderant abeuntes) compertum est quidpiam quempiam esse machinatum: Curritur ad Custodias: *Gerardus* & alter non comparent: Quæritur Custos: Is lectis ad se scriptis literis, dum elabendi sectatur viam, incidit in virum à *Gerardo* cum equis paratum, quibus si vellet vti saluus esse posset: Qui oblatos antea quadringentos aureos cum anno quadraginta aureorum stipendio fuerat aspernatus, propositam nunc amplectitur conditionem, non minus animæ quam corpori salutarem. Nam illum deinde cum coniuge octoginta aureorum annuâ pecuniâ alienum procurauit, & in Ecclesiæ gremium acceptos ad meliorem quam sperauerant vitæ rationem instituit sicutque. In Senatu Regio alij mirabantur euentum, alij laudabant industriam; frustra quærendum censemant omnes quem tam facile quarentes elusurum arbitrabantur quam felicissimis custodientes. Ita multis in annos plures fuit utilis fuga, molesta in præsens perpaucis.

Ioannes
Lilius.

Se pro Gc.
gerardo capi-
finit.

XXI. Adiutores ad fugam fuere *Ioannes Lilius*, *Richardus Fullwood*, & ex commentariis suis unus in Wintoniensi Atrio. *Lilius*, antequam in illud Atrium Religionis causa custodiendum traduceretur Pharmacopæam exercebat. Obrigit illi in carcere cubile supra cubile *Gerardi*; hinc facile *Gerardo* fuit hominis nosse pietatem & experiri industriam, quæ vtrâque eo loci in multis vltis est; tum amotus ad arcem cum redimendum curasset porro vti perseuerauit. Ille amicos, ille occultas intulit literas, ille gratiam apud Custodem conciliavit ampliorem, ille capitis membrorumque periculo alteram fugiendi viam *Gerardo* aperuit cum ei indiuiduus adhæreret. In recenter conductis ædibus sat amplis tres vel quatuor quartum iam diem exercebantur apud *Gerardum* scrisse commentaryibus ad rectam famulandi Deo viam inuestigandam. Vnius loquacitate vel infidelitate famuli delata fuerat ad Senatum Regium eius rei suspicio; repente ad ianuam Irenarchæ duo cum satellito: Quid *Lilius*? Stricto vltus ene si opus esset ingressus cubiculum propellit *Gerardum* & ex nostris alium in latebras renitentem nisi *Lilius* iungeret socium. "Nequaquam, inquit, nam si ego lateam, quis libros istos? quis scripta dicet sua? Arguent ista domi latere quempiam; noctes dieisque scrutabuntur; perfringent tandem & manus

manus in te iniicient; isthic ego manebo, vos pro me orate.) Detine-^{1603.}
 bantur interim Irenarchæ in vicino conclaui sacra tuncelle etile corripien-
 da quam paratam repererant: Collectâ prædâ tundunt *Ioannis* foras: I-
 le, iam tegatus, & ferius non illibenter aperit. Quis tu? inquiunt, "Ho-
 mo, vt videtis.) Sacerdos?" Hoc ego non dico; vestrum erit probare:
 sum equidem Catholicus.) Cuius hi libri? Cuius scripta? "mea.)
 Erant autem eius generis omnia quibus Societas vtitur tum ad preces Sa-
 cerdotum ritu perfoluendas, tum ad informandos ad fidem & ad pietati-
 tem animos sive de plano; sive de superiori loco agendum esset, an-
 nontum decim labores. Tua sunt ista omnia? Mea: Neque plura quæ-
 rentes, trahunt hominem vinciendum. Ille transeutido salutat in aula ob-
 uios commendatque Irenarcharum benevolentia; videri enim sibi eius
 conditionis viros esse ac fæminas quibus etiam ab ignotis humanitas im-
 pendenda esset. Postero die intelligunt hunc hominem septem annis in
 Pharmacopæo seruientem, quatuor clausum in Atrio VVintoniensi, liberum
 fugæ *Gerardi* ex Arce adiutorem fuisse: Id enim falsa fuerat saluo ma-^{Torquatus}
 rito Custodis vxor; neque diffitebatur *Ioannes*. Raptum itaque ad Arcem
 eodem cruciamenti genere lacerant quo *Gerardum* vt ubi is ageret fate-
 retur.

Ad tres horas pependit, nullo nisi patientiæ constantiæque fructu:
 Quæ cùm etiam spem aperiendorum occultorum abstulisset torquenti-
 bus, post tres menses alteri traditur custodia, in qua Sacerdoti obsequens
 rogantieius operam ad etiandum, quâ arte illum, eadem se liberum præ-
 tit. Latuit deinde aliquamdiu apud *Garnettum*; tum nauigans, & Ro-
 manum profectus ad *Personium*, quod pluribus annis expetierat in So-
 ciетatem adscitus est anno seculi sexcentesimi secundo: nondum trigesim-
 um ipse attigerat, sex tamen vel septem solum superfuit correptus len-
 tâ tæbe, cui nec aër nativus mederi potuit; concessisque ad laborum præ-
 mia Londini anno post sexcentesimum nono: Prudens & ad negotia ce-
 ler & industrius, & quod caput est, inculpatæ vitæ iuuenis, qui *Ge-
 rardo* teste lex anhis quibus illi adhæsit; tantam animæ curam habuit,
 vt licet inferioris geheris hominum esset quotidianus commensalis &
 socius, nihil praui contaheret quod illum in discrimen duceret graui-
 ris culpa.

X X I I. *Richardus Fulwood* post *Gerardi* ex Arce fugam, fugiens ^{Richardus}
Fulwood. ipse perquisitores, cùm se occultasset in antro domus quam in *Gerar-*
di vlus parabat, pro illo tentus ad Brigitæ fontes ductus est; In ar-
 eto hic & graueolenti & vermis scatente gurgustio, nullo ad cuban-
 dum, nullo ad sedendum adminiculo; ad menses aliquot lapis in fene-
 stra lectus fuit, victus panis ater, consortium nullum. Quæstioni dein-
 de admotus; quam fidelitatem famulando demonstrauerat, auxit pariendo,
 nc que